Jesu Archiatro Trismegisto præfulgente atque Adstite.

Illustris Medici Senatus, in inclyta hâc propter Salam Academia, Authoritate atque permissu favorabili.

MODERATORE

VIRO

Nobilissimo, Excellentissimo, Experientissimo

DN. JOHANN. ARNOLDO FRIDERICI, Phil. & Medic. Doct. Anatomiæ, Chirurg. & Botan., Prof. Publ., Medico Provinciali Saxo-Altenburg., h. t. Facultatis Medicæ Decano maximè spectabili,

Domino Præceptore atque Promotore suo sempiterno honoris atque observantiæ cultu excipiendo, evehendo,

HÆMORRHAGIÆ UTERI MENSTRUÆ PRÆTERNATURALIS,

θεωρίαν καὶ θεραπείαν

Ut specimen, publicæ eruditorum disquisitioni horis locoque consvetis exhibet

AUCTOR

JOHANNES OTTO Wurstschmidt/
Hallendorphio- ad Salinas propter Werrham Cattus.

Ad diem 30. Martii.

JENÆ
è Chalcographéo NISIANO, ANNO M. DC. LXX.

Affulge JESU *Salvator, Lumen Cordium!*

Instituti ratio præludium dat.

SCaliger ſubtilitatum Aquila atque Princeps quem *Excellent. Mœbius*, poſt fata nunquam non honorandus, *in Fund med. phyſiol. c. 4. §. 14.* edecumatæ eruditionis virum ſalutat, *Exerc. 131. lib. 4.* verè eleganterq; philoſophatur. *Profectò matrix* (ita namque *uterus* appellatur, quia eſt mater ex eo natorum infantum, aut quia eam habentes matres reddit, ut ex *Somno* Elegans Ducalis Saxonicæ ad Salam Academiæ decus, per Europam famigeratiſſimum, *Illuſtris Rolfincius Patronus atque Præceptor meus colendiſſimus*, *Ord. & meth. part. genital. per anatom. cognoſc. part. 2. c. 11. p. 142.* optimè inſinuat) *nobiliſſima pars eſt*, inquit, *ex ea theſauri naturæ reconditi, ubi fuerit opus, depromuntur.* In ea fœtus generatur; Semen enim receptum confovet, confotum corporat, corporatum in membra diſtinguit, ait *Iſidorus.*

Nobile hoc ſexus ſequioris *σπλάγχνον* ſeu *viſcus*, os veteris doctrinæ tanti fecit, ut *ζῶον*, *animal*, illud ſalutare haud erubuerit, ideò, quod interdum quaſi furibundum factum tumultuetur, & ad odores moveatur; *ὁκοῖον ἐζῶον ἐν ζώῳ*, *velut animal in animali*, quod etiam in frontiſpicio citatus *Scaliger* innuit, cum addit: *& jure optumo meretur alterum animal appellari*, quod an admittendum, an reprehendendum, hoc loco non attinet exputare, aliique id defenſum eant. Hoc tamen quaſi communi orbis decreto certum, quòd hujus præſtantia viſceris firmo nitatur talo. Scriptores ante multa retrò ſecula, Oratores atque Poëtæ, ſic & Recentiores, quando in hujus conceptorii vaſis denominationem ejusque uſum & actionem incidêre, haud injucundum in

modum, *horto, agro aut arvo &c.* in quibus plantæ luxuriant, æquiparant. Ita, Archiphilosophus τῆς φύσεως ἄρουραν, *naturæ arvum* vocat: O admirabile arvum, ex hoc namque (prægressa seminis in ejus sulcum projectione) θαῦμα θαυμάτων mirabilium mirabile propullulat, ex hoc progerminat cœlestis planta, cui hortorum conditor os sublime dedit, cœlumque tueri jussit & erectos ad sidera tollere vultus, ut de divimis castris auxilium petat, ex sacratissimis verbi fontibus vividum semper ac roscidum, succum, qui eam subinde recreet, alat, constanter hauriat. Mirandam hujus plantæ structuram, stupendamque omnipotentiæ, divinæ operationem Regius נְבִיא quando rimatur, attonitus obstupescit. Ex hoc arvo muliebri (ita רֶחֶם *uterus* à Nobiliss. Langio nuncupatur.) ἀνθρωποκόσμος, audax illud naturæ miraculum, atq; creaturarum dominus, tanquam scintilla sacrorum in terras prosiliens nec non leves divinitatis igniculos præ se ferens generatur.

Hoc σπλάγχνον γυναικεῖον *muliebre viscus*, commodissimum præbet locum generationi, quam ulterius veteres per *arationem, plantationem & sationem* insiuuant: ita ex *Sophocle* referunt, *Genitricem aravit unde ipse satus est*: Porrò *Diogenes*, cùm maritale debitum persolveret, deprehensus, ecquid ageret interrogatus? respondit, ἄνθρωπον φυτεύω, *hominem planto*. Consimili usus fuit parabola artis nostræ oraculum Hippocrates, quâ de fusius legi potest, *liber de natura pueri p.m. 201. &c. Virgilius* non abludit multis in locis. ita *lib. 4. Æneid.* ait. *Hic Ammone satus, ibid. lib. 5. Satus Anchisâ. Ovid. de Numitore Sati.* Et Clariss. *Laurémb. Exerc. Anatom. 8. § 35. p. m. 299. Est quippe* (Sinus pudoris) *instar soli, cui semen fœcundum concreditur, quod postmodum adolescit in maturam plantam.* Item vir cognitionis in sua arte subactissimæ *Magnif. Dn. D. Schenck, Præceptor meus ad urnam colendus. Schol. part. human. corp. sect. 4. part. 2. c. 13.* ait: *Uterus ager sationis humana concipit genituram utriusque parentis &c.*

Hic *ager* quamdiu secundâ tempestate seu statu naturali gaudet, benè se habent omnia, nullus patitur turbine citatos imbres:

bres: procul abſunt pernicioſi cœleſtium afflatus ignium, milleque agro infeſtæ calamitates: Sed ut roſa manè viget, ita emicat ex his divina potentia campis, *Gratia Dei* amicabili hic emicat flore, *Solanum* hic nullum quod mẽtem pervertit, nullus cordi inſidiatur *napellus*, rident è contra omnia & lætantur, omnibus amænitatum Ver atque Æſtas, venuſtateq; omnia reſplendent. Quamprimùm autem in Autumnum & ſubſequentem Hyemem ſtatum nempè p. n. hujus *agri* habitus inclinat, miſeriarum omnia fiunt plena. Inclementior contactus, aut pluvia grandior, aut immitior aura protinùs horti hujus floribus accelerat interitum, & eorum roſeus fulgor in lanugines tenuesque pappos, ventorum ludibria faceſſit, morborum Boreas frigorum ferax, præſentaneũ minatur exitium, nullaque non dies, formoſi ſpolium corporis abſumit. Ita, uti jam jam dictum, comparatus eſt *Uterus*, feraciſſimus ille naturæ *campus*, quando in ſtatum p. n. eſt redactus, tunc ſua in eo Morbona caſtra locat, ipſius teſtimonio *Democriti* quando ad *Divinum Coum p. m. 1174. de humana natura* ita ſcribit: *Veſica vicina infantium mater gravis calamitas; Sexcentorum ærumnarum author, uterus deliteſcit.* Ærumnarum harum uteri inter 600. non levis eſt calamitas *Hæmorrhagia ejus nimia.*

Quæ *Uteri Hæmorrhagia*, cùm pernicioſum mortemque accelerans ſit νόσημα, non fruſtraneam me inſumpturum operam ſperabo, ſi, quantũ vires ac temporis ratio permittunt, adfectus hujus διάγνωσιν, πρόγνωσιν καὶ θεραπείαν, laborum Academicorum ſpeciminis loco, pro ingenii modulo rudi penicillo adumbrarem, publicæque cenſuræ artis peritorum ſubmitterem. Priùs autem quàm hoc à me fiat Te *B. L.* rogatum venio ut Tua humanitate meam tenuitatem ſublevare haud dedigneris; quisquis etiam ad diſputationis hujus lectionem accedis, ut ante limen ejus reponas petulantem ſplenem, impudicasque cogitationes, è contra caſta mente ad hujus ſexus πάθημα presens curadum advenias rogito. Ad rem ipſam deſcenſurus memoriæ occurrit *Divini ſenis* monitum notatu dignum ſatisque pium, quando lib. περὶ γυναικείης Φύσεως ſcribit, & ex verſione *Föeſii p. m. 594.* ita ſe habet. *Eum qui morbos mulierum probè tractare velit, primum quidem à ſummo Numine initium ſumere oportet,*

Ex-

Expande itaque anima mea devotas cogitationum alas; tranaque altum æthera, pedem firmans, submissâ oratione conveni justitiæ ☉lem, ut in te sui auxilii spargat radios lucidissimè corruscantes. Itaque ô alme DEUS.

Dexter ades captis fortunamque adde labori
Quem subeo nutu non tamen absque tuo.

CAPUT I.

Definitionem ὀνοματώδην seu nominalem pensat.

NE verò in ignotâ, quod ajunt sylvâ versantes, alicubi impingamus, necessum duximus, antequam ipsi rei immergamur, in antecessum exponere, quę ad affectus nostri notionem & ὀνοματολογίαν eò rectiùs percipiendam facere videbuntur. Nomenclatura quamvis neminem unquam lectulo affixum in pedes conjecit, eâ tamen neglectâ facilè accidet, ut lectori in progressu aut remora injiciatur, aut tædium aliquod subrepat.

Anteponimus itaque more recepto, *reali*, definitionem NOMINALEM, quæ involvit *Paronymiam, Synonimiam & Homonymiam.*

NUNCUPATUR affectus præsens HÆMORRHAGIA UTERI, quod etiam testatur magnum illud medicinæ lumen *Sennertus Pract. lib. 4. part. 2. sect. 2. cap. 6.* cum hoc *Mynsicht. in Armament. med. Chim. sect. 25. p. m. 388. & sect. 30. p. 422. Uteri hæmorrhagiam* vocat. Eâdem voce utitur *Leonellus Faventin. pract. medicinal. de matrical. affect. c. 2. fol. m. 645.* *Germanis* nuncupatur, der übermässige Monatfluß / das Weiber fliessen / überflüssiges bluten der Weiber / in sacro codice, der Blutgang. *Matth. 9, 20. & Lucæ 8. v. 23. & seqq.*

Mulier illa αἱμοῤῥοοῦσα cujus, jam c. l. fit mentio, an sedis seu hæmorrhoidum, an uteri αἱμοῤῥαγία laboraverit? non desunt ex Medicis qui ea de re contentionis funem trahunt: Celeberrimus

Sennert. tamen l. allegato, præsentem, de quo sermo, adfectum fuisse asserit. Quicquid sit non incongruum nobis videtur, si noster affectus, eô quô notatus nomine signetur.

PARONYMIAM quod concernit, *αἱμοῤῥαγία ὑστέρας*, uti Græcis audit, notante *M. Georgio* Freund / *Archiatro olim ac Consule Eschwecensi avo materno post fata dilecto, Pract. select. manuscript. Tom. 3.* provenit ea, ἀπὸ τοῦ *αἷματος*, *sanguine* quod ab *αἴθειν*, *urere* derivatur, propter calorem cujus sangvis subjectum seu fomes est, vel quòd sit calidus seu ardens in corpore humor, qui caliditate sua omnes corporis partes calefaciat, & *ῥαγῆναι* quod apud *Hippoc.* significat, *ἀθρόως ὁρμᾶν*, hoc est *cum impetu & confertim prodire*: Ex glossa *Galeni*, ut *Castellus in Lexico med. de hæmorrhagia notat*. Alii à *ῥήσσω* vel *ῥήγνυμι*, *rumpo, frango*, derivari volunt. *Ὑστέρας* vocabulum partis laborantis cognoscendæ gratia differentiæ loco adjicitur, uti in pluribus in homonymia patet.

SYNONIMIAM solerti indagine qui rimatur, ei variarum vocum sese affert fœcunda seges. Quomodo Græcis dicatur, supra tactum, ulterius etiam *ὑπερκάθαρσιν* *superpurgationem*, ut suprà laudatus *Sennertus* l.c. attestatur, vocant: Ab interpretibus Hippocratis appellatur *purgatio menstrua*. Latinis, *Nimius mensium fluxus. Immoderatum mensium profluvium à B. Mœbio in inst.* vocatur, eodem nomine utitur *Magnif. Rolf. ord. & meth. med. special. consultator. ὡς ἐν ἀτόμῳ lib. 4. consult. 1. Et ibid. consult. 2. p. 400. Lunare debitum* vocatur, in *Chimia. A Leonello l. c. nimia expurgatio muliebris*, item *fluor seu fluxus menstruus vel menstruorum*, à *Mynsichto* passim, modò *menstrua superflua, menses superflui, modò menstruorum nimia evacuatio. pag. 85. & 252. mensium abundantia, mensium excessus. p. 264. Uteri hæmorrhagia, p. 388. & 422. Excellentiss. Dn. D. Schenkius. Schola part. Sect. 4. part. 2. cap. 13. Hæmorrhagiam menstruam* vocat. *Langius miscel. curiof.* hunc ordinarium & naturalem fluxum *muliebria sacra* appellat, item p. 47. *muliebra justa. Schröderus in pharm. med. chim. passim profluvium uteri rubrum* (ad differentiam albi) *fluxum nimium mulierum*, aliisque pluribus in locis variis nominibus affectum hunc insignitum offendimus. Univocatio hæc

nominis

nominis longius latiusque extendi ulteriorique examini subjici posset ne extra oleas nos vagari culpa foret. Hæc quæ præsens est diligenti pectore si volutaveris *B. L.*, quin, quodnam muliebre *πάθημα* in præsentiarum intellectum velimus, satis te cognovisse non est de quô ut abigamus.

HOMONYMIAS consideratio cui cordi est, experietur vocabulum hæmorrhagiæ æquivocationem quoque pati & diversimodè considerari. *Primò in communi*, quemcunque, cuicunque etiam nostri corporis parti contingat, sangvinis fluxum denotat copiosum atque largum. *Secundò in particulari simpliciter, ut ab Hippocrate* sumitur, absque ulla partis adfectæ quæ sangvinem fundit exscripta differentia specifica, id modò sangvinis profluvium intelligitur, quod ex naribus manat. Nos partis laborantis expresso nomine, prioribus posthabitis, *Uteri hæmorhagiam seu sangvinis profluxum ab utero à mensium abundantia*, insinuamus.

CAP. II.

Sangvinis menstrui naturam pensitat.

AD eorum quæ dicta sunt quæque dicebuntur, faciliorem intellectionem, menstrui sangvinis naturalem fluxum ad exactam judicii lancem quantum à nobis fieri potest, appensum ire allubescit, ut contraria juxta se posita eò clariùs elucescant.

Vocatur *menstruus* verecundi hujus sangvinis effluxus, quia nimirum sexui sequiori contingit, in non gravidis præcipuè, justæ ætatis, stato naturæ tempore singulorum mensium, quoniam in multis quando conceptio facta est in utero, sangvinis pluvia ex hac parte (nisi cum conceptionis dispendio in quibusdam) rarò observatur, neque ordinario naturæ statuto fieri debet, ipsius etiam *Divini senis* charactere albo, qui 5. *aph.* 60. in hæc verba erumpit. *Ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ αἱ καθάρσιες πορεύωνται, ἀδύνατον, τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν.* *Si prægnanti purgationes menstrua*

suum

suum cursum teneant, benè valere fœtum est impossibile. Et ratio est, quia pro nutritione fœtus, ad uterum debet derivari, sicque superfluus non datur excernendus: si autem tunc etiam flueret multum sangvinis boni, verendum, ne exinde existat fœtui alimenti defectus, ac ob debilitatem metuenda extinctio.

Ab aliis hæc sangvinis purpura per *Flores* indigitatur, eò quod sicut arbores fructum non ferunt, nisi flores præcedant: Parili modo sequior sexus ad generandum idoneus non sit, nisi fluxum hunc expertus. Hinc *Germanis* mulierculis tale in usu dicterium. **Der Baum der nicht blühet/wird selten Früchte bringen.** Et sanè utplurimùm è re venit. Imò à multis creditur, mulieres concipere aut generare non posse, quibus menses denegati; & quæ *rosis* destituuntur *menstruis*, plerumque steriles evadere.

Non desunt tamen exempla, immenstruas quasdam mulieres concepisse, numerosæque prolis generatrices evasisse. Cujus rei plures historias *Sennert. lib.4.pract.part.2.sect.2.cap.1.quæst.1.* in medium producit, quas adi sis. Causas ibidem rejicit in naturas & regiones calidiores, corporis exercitia, & personas quæ viragines existunt. Et si non plus, *pergit*, sangvinis generetur quam alendo corpori sufficiat, planè steriles esse: Si verò aliquid abundet, quod ad nutrimentum haud necessarium, tanta tamen ejus copia non sit, ut naturæ molesta fieri, ut tempore conceptionis uterus pro fœtus alimonia attrahat. Hujus placitum firmat *Primerosius lib.2.cap.20. de errorib. vulgi.* Ubi dicit: *Si iis, quæ menstruis carent, tantum colligatur sangvinis, quantum iis quæ purgantur restare solet, & viæ per quas ad uterum meare oportet non sint obstructæ, tunc concipere posse, si verò obstructio vasorum adsit, licet sufficiens sangvis adsit, steriles exin esse.*

Per *Tempora* alii menses insinuare volunt, quòd scil. stato tempore profundantur, hinc nostrates mulierculæ voculis **die Zeit / die Blume / die Rose**/utuntur. *Γυναικεῖα muliebria*, artis *Antistes Hipp.5.aph.28.* vocat. *Galenus in comment. ad. d. aph.* album calculum addit, dum ita dicit: *Muliebria appellavit ea scilicet, quæ mulieribus per uterum menstruis purgationibus vacuantur.*

Priùs autem quàm ad alia progressum faciamus, quædam de *Materia*, *Tempore* ratione *annorum & dierum*, *Quantitate & Qualitate* menstrui fluxus naturalis differere collibitū fuit, ut, quō de agere mihi sumpsi contrarius seu p.n. fluxus eò facilius pateat.

I. *Materia* quam profundi mandavit naturæ lex, sangvis est rubens in naturali statu è venis misso similis, citoque concrescens, ut *Cous lib. de mulier. morb.* insinuat. *Color menstruorum in sanis arteriosum sangvinem prodit*, inquit, *Bartolinus in anatom. reformat. cap. 28. p. m. 166.* Et talis esse oportet cum sit alterum generationis principium. Crescentibus annis medio modo se habet, annis ad statam ætatem tendentibus crassioris consistentiæ & coloris nigrioris, interdum flavescens, albicans & subnigricans, pro temperamenti & humorum admixtione excernitur.

II. *Tempus* ratione annorum seu *initii & finis* non observatur semper certum ac determinatum, verùm varium. Utplurimum tamen post secundum septenarium, i. e. post annum decimum quartum sua purgamenta cernere sequiorem sexum observatum, quando mammillæ attolluntur sororiarique infiunt. His annis pubertas & menstruorum tempus definitur, nec amplius opus est Romanis uti legibus, quæ virgines nudari jubebant, ut pubertatis ætatisque ad matrimonium viripotentis nota facilius judicari & exactiùs inveniri valeat. His annis, *ait celeberrimus Sennertus*, magnæ in corpore mutationes fiunt, pubes erumpit, mammæ intumescunt, veneris dulcedinem sentire & juvenes amare incipiunt, sangvis per uteri venas erumpere exorditur. Noli tamen credere quod anni paulo ante recensiti semper sint fluxus hujus tempus definitum & infallibile, ut, quamprimum ad id perventum, virgines menstrua cernant. Contrarium quippe haud rarò videre licet, quod longè ante & post, pro temperamenti victus & regionum varietate erumpant, & longæviores habentur aliis, quibus menses tardiores, nisi sit ex vitio quodam.

Illius autem exempla qui videre gestit, adeat supra laudati *Sennerti Pract. lib. 4. part. 2. sect. 2. cap. 1.* & alios; Tarditatis mensium exemplar inveniet B. L. apud *Magnif. Bolf. in med. spe-*

cial.

cial. consultator: ὡς ἐν ἀπάμῳ lib. 4. conf. 3. p. 414. Ubi virgo XX. annorum ostenditur, quæ nunquam ante ☽re debitum persolverat; Sic ætas ab ætate, natura à naturâ differt. Exempla quamplura adduci possent, quibus citiùs & tardiùs hic fluxus exordium sumpsit, nisi ad *finem* seu durationis tempus meditatio nostra properaret itaque ad *B. Mœbii Fund. Physiol. Sennert. pract. lib. 4.* & *Primeros.* loca allegata B.L. remitto.

Finis autem hujus fluxus æquè ac initum ordinatum tempus non est, durat tamen ille fluxus plerumque ad septimum septenarium & post 50. annos cursum terminat, ob caloris imminutionem, ob quam talis copia sangvinis, ut antè, non generatur. Proverbium annos durationis etiam prodit. Hoc modo;

Adde decem ternis, muliebria menstrua cernis,
ad quinquaginta durat purgatio tota.

Verùm non desunt, quibus ante hoc tempus inundationes hæ vel subsistunt vel illud longè superant, quæ tamen exempla sunt rariora; quorum plura, eorumque rationes passim apud authores visuntur, hîc brevitatis studendæ ergò supersedenda, utque ad particulare tempus devolvamur, omittenda.

Fluxus uti notum menstruus est, non diarius, singulis quidem diebus in sexu sequiori aliquid superflui sangvinis generatur, & si idem singulis diebus excerneretur, verendis madore suo perpetuam molestiam crearet, ideò singulis mensibus fit & quidem vulgò statuitur juniores adolescente, adultiores verò senescente ☽nâ purgari, juxta dicterium illud:

Luna vetus vetulas, juvenes nova ☽na repurgat.

In omnibus æquali modo hoc ut contingat, non est naturæ lex neq; regula, sed eadē pro ratione temperamentorū, regionum &c. variat. Ad minimum autem inter unam vel alteram evacuationem viginti duo ad summum XXX. dies intercedunt, inter quos terminos fluxus naturalis variè variare potest, qui etiam sangvinis & viarum vitio modò remoratur modo terminum antevertit.

Tempus ratione dierum ultra dies II. III. in aliis IV. V. VI. vix durat, aliæ quæ cibis *εὐπέπτοις* & boni succi vescuntur vix

ultra IX.dies,quæ laboribus deditæ, tenui victu utuntur & calidiores,breviori purgantur tempore.

III. *Quantitatem* evacuandorum menſium,conſimili modo pro temperamenti & aliarum circumſtantiarum ratione variare videmus. Effluit tamen ſingulis menſibus ſangvinis ad II.heminas ſ. ſesquilibram aut duas libras,quemadmodum.*Hippocratis* calamo *lib.de morb.mulier.* delineatum habemus.

Oportet etiam cum corporis emolumento fluxus ut fiat, absque ullo gravi ſymptomate, & ut poſtea alacrior homo fiat : Sin minus & ſi peccat contra naturæ modum,temperamentum, ætatem,regionem,victus vitæque genus,aut quantitate aut qualitate contrarius, & præſertim ſi quantitate excedit, ***hæmorrhagiam menſtruam præternaturalem*** conſtituit, de ***qualitate*** paulò infra.

Cap. III.

Definitionem πραγματώδην penſiculat.

PRAGMATOLOGIÆ conſiderationem ut auſpicemur proximum jam eſt. Subjungimus nunc ***nominali,*** definitionem REALEM, ſequentem affectus eſſentiam exprimentem.

Definitur HÆMORRHAGIA MENSTRRUA PRÆTERNATURALIS: *Immoderata copioſior & diuturnior ſangvinis menſtrui, per uterum cum moleſtia ac viriumproſtratione evacuatio, ab expultrice irritata & retentrice labefactata, vel uteri vel vaſorum vel ſangvinis vitio,* dependens.

GENUS, quod formalis rationis locum obtinet, eſt evacuatio ſangvinis menſtrui immoderata,copioſior & diuturnior, teſte *Jonſtonio med. pract. lib. 10. tit. 12. artic.7.p m. 652.*

Præternaturalis,immoderata,copioſior & diuturnior, dicitur, quâ ratione peccat quantitate & temporis longitudine ; Illa quidem exactè definiri & menſurari nequit, ſed intelligitur ea ſuperflua,quæ vires proſternit, & actiones naturales lædere potis eſt. Et hac ratione *differt* à moderata, juſta & naturali evacuatione

tione sangvinis menstrui, quæ fœminis viro maturis, secundum naturæ beneplacitum usu venit justo debitoque modo. *Deinde distingvitur* à mensium fluxu critico, quem præcedente capitis dolore, respirationis difficultate &c. natura instituit, qui etiam non tam diu ut ille durat: *Denique* à fluxu illo symptomatico, in quo unà cum sangvine alii humores noxii, cum ægrotantis εὐφορία, criticè profunduntur. *Ultimò* copiosiores interdum visuntur, verùm pro causa agnoscunt, vel cibos boni succi vel vitam sedentariam, plethoram ac similia. Hæc cùm effectum quoad vires & sanitatem non prosternant, fluxum nostrum non constituunt, neque fluxus ille sisti debet, ob multorum morborum & symptomatum, ut febrium, pleuritidis, anginæ, peripneumoniæ, sterilitatis, apoplexiæ, uteri suffocationis &c. pertimescendas obortiones. Tali in casu Medicus non minus remedia utiliter amovere, quam interdum admovere sciat.

Per uterum fit, hôc modô discriminatur ab ea *hæmorrhagia* quæ per nares, secessum, vel plane p.n. per umbilicum, aliquando mammas & oculos, haud ita rarò sorte obtingit.

Cum virium prostratione (ob vivivici nectaris immoderatam ac præcipitem profusionem atque exitum) id quod in moderata & naturali menstrua purgatione nullatenus fieri debet, sed cum εὐφορία. Hoc est tempestivi fluxus naturæque benè operantis augurium s. testimonium. Sequentia descriptionis verba ad causas potiùs spectant, ideoque de illis infra.

Ex iis quæ dicta sunt luculenter forsitan elucescet, quam præ manu habemus, *hæmorrhagiam*, *symptomatis* potiùs nomine quàm morbi, vel causæ morbi salutari posse, quia uteri intemperiem calidam vel frigidam &c. vel aliud sangvinis, vel vasorum vitium, ut morbos, insequitur. Dein Galenus in symptomatum classe concedit huic subsellium, cumque in symptomatum numero ab *Illustri Rolfinc. ord. & meth. med. special. consultator.* ὡς ἐν ἀτόμῳ *lib. 4. consultat. 1. p. 394. & seq.* item *Sennert. & Excellent. Mœbio*, positam reperire contigit, non mihi satis est causæ cur ego eorum numero exesse jubeam.

Quemadmodum autem Medicorum modernorum pleriq;

 sympto-

ſymptomata in actionis læſæ,dein qualitatis mutatæ,poſtmodum excretorum & rententorum diſpeſcant, ad nullam commodiùs ſpeciem referri poſſe arbitror, *quàm excretorum ſymptoma*, quia morbos tanquam umbra corpus ſequitur: Pro complicato ſymptomate etiam ſecundaria ratione agnoſci, actionesque immodica ſangvinis excretione turbare poſſe, non ibimus inficias.

Ad ſymptomatum claſſem in quibus excrementa, prout aliàs *naturalia* ſe habent, talia etiam evacuantur, affectus præſens referri nequit, quippe *menſium* eſt *exceſſus*, & *πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον, omne nimium naturæ inimicum.* Neque *toto genere præter naturam* ſymptoma eſt, velut reliqui ſangvinis profuſiones immoderatæ: Nam præter eam, quæ mulieribus per uterum erumpit, cœteræ ſangvinis pluſculæ evacuationes toto genere p.n. ſunt. Illa autem vacuatio ſola multitudine ſeu quantitate præternaturam dicitur, inquit *Galenus 3. de ſymptomatum. cauſ. c.2.*

Excreta porrò peccant vel *ſubſtantia* vel *quantitate* vel *qualitate*. De *ſubſtantia* res eſt clara.

Quantitatem, ratione multitudinis & durationis, affectus noſtri, Phœbeæ artis myſtæ accuſant, dum juſtam menſuram, proportionem & debitum tempus exſuperat.

De *qualitate* non pauci contentionis ſerram trahunt, dum qualitate menſtruum ſangvinem peccare aſſeverant. Alii contrà copiâ ſeu quantitate tantùm peccare & ſuperfluum eum eſſe contendunt. Prius qui volunt, immania quæ interdùm hic fluxus ſecum adfert ſymptomata, dirasque nonunquam quas ſuſcipit metamorphoſes, adducunt, adhæc locum ex *Hippoc. I. de morb. mulierum* (malè intellectum) adferunt, *quod terram aceti adinſtar mordeat & corrodat;* Item ab hominibus hauſtus, epilepſiam, maniam, lepram & alios morbos inducat, canes in rabiem agat, gravidæ ventri illitus aut ſi ſupergrediatur alterius menſtrua abortum concitet, & plantas in quas incidit areſcere faciat, virile membrum, ſi quis cum menſtruata rem habeat, excorietur, & multa alia, quæ de ſangvine hoc circumferuntur, præſtet: Ita refert *Nobiliſſ. Job. Dan. Horſt. in manud. ad medic. part. 1, cap. 1. p. 12.* Si capilli mulieris pollutæ menſtruis ſub fimo ſepulti ſerventur,

quòd

quòd degenerent in serpentes: Non menstruatæ crines, tam fœdam metamorphosin non experiantur.

Alii contra, quorundam morborum hunc sangvinem, ut podagræ, sacrorum ignium &c. esse remedium. Alii rursus iterum putant, quod manifesta & occulta qualititate peccet.

Non negamus nos, quod interdum acrimonia & aliis qualitatibus, sit molestus, præcipuè si vitium unius aut alterius partis sangvinem tàm generantis, quàm depurantis & vehentis aut error diætæ, aut longior in corpore commoratio faciant, ut corrūpatur & aliis vitiosis & sylvestribus coinquinetur humoribus, quantò enim purior res est, eò majus vitium dum corrumpitur concipit, quod in ovo & humano cadavere videmus.

Plura respondebunt antea citati laudati viri, item *Roderic. à Castro de natura mulier. lib. 2. cap. 10. Arantius libell. de Humano fœtu cap. 4. Primeros. de Vulgi errorib. lib. 2. cap. 20.* Patronum etiam nostræ sententiæ habemus. *Magnif. Rolfinc. l. ante allegato* ubi dicit: *Est* (sc. nimius mensium fluxus) *symptoma in excretis, quod non quidem ratione substantiæ aut qualitatis, sed solius quantitatis respectu præter naturam est.*

CAPUT IV.

Subjectum considerat.

FRacto cortice rei nucleum inquirimus: Ut autem arcem, *inquit, Excellent. atque Nobiliss. Dn. Præses, Patronus, Promotor atque Praeceptor meus fidelissimus* nullo non honoris atque observantiæ obsequio excipiendus, prosequendus, *in diss. de Sterilitat. Pro Loco habita, cap. 4.* refractarios subditos tenentem oppugnare intendenti, præ omnibus necessaria loci illius intimior cognitio & omnium ejus partium constitutionis specialior notitia: Ita ii, qui hocce à Morbona inflictum telum extrahere contendunt, locum affectum, in quo nefaria posuit cubilia accuratè perspectū habeant, necessum est.

SUBJECTUM itaque QUOD, est homo sequioris se-

xus,

xus, mulier nimirum. Hæc namque laborat uteri hæmorrhagia. Non enim jam solliciti sumus de menstruis brutorum, de quibus fusè apud plurimos quæstio movetur.

An nempe brutorum fœmellæ, vel aquatilia quædam, ut de piscibus nonnullis referunt, menstruam purgationem patiantur? Hoc hâc vice nostri non est instituti evincere. *Primerosius de vulgi errorib.* Bruta menstrua nunquam habere innuit. *Plazzonus lib. 2. de part. generat. cap. 5.* inquit. Bruta cum ad ♀ rem incitantur, & illis partes genitales turgent, sangvinem emittunt.

SUBJECTUM QVO constituitur omnium consentientibus ore atque crena *uterus*, μήτηρ ἢ ὑστέρα quasi viscerum postrema, hæc est quasi Dæmonium abdominis, in illa tam ferocia atque atrocia virtutum vitiorumque certamina contingunt. Uti enim in utero plurimum est virtutis, ita quoque plurimum vitii in hoc viscere subest, ut suffragante ratione & experientiâ, matrix jure nominetur centrum veluti omnium affectuum muliebrium, *inquit Langius. in Miscell.* fusiùs de ejus præternaturalibus affectibus ibi disserit. Habet autem uterus se in nostro affectu ut subjectũ, prout læditur per *idiopathiam* ob intemperiem propriam, aut aliud vitium conformationis vel unitatis. Per *sympathiam* non rarò laborat, si ob consensum cum aliis partibus malum suscipiat,

Subjectum causæ vel generationis, possunt esse modò ventriculus, cor, epar, modò renes, mesenterium &c. quæ si aliquo vitio vel intemperie discruciantur, sangvinem vitiosum generant, vel non ritè perficiunt, & sic utero dicam scribere valent.

Subjectum primarium & immediatum recipiens, vel pars per quam primariò evacuetur sangvis, paucis delibandum, qua de re anceps & gravis controversia, quæ multorum animos distrahere solet; An ab uteri fundo an à cervice ejusdem, profundatur? Nec ipse *Vesalius* ausus est asseverare, tanquam res admodum abdita sit, nec *anatome* ipsa nec ratione ullo modo cognita, ait *Mercurialis*. Deinde multi ambigunt, quô in locô per mensis spacium colligatur sangvis, an in uteri fundo, an in ejusdem vel colli uteri venis vel arteriis. Si in ipsius uteri cavitate seu

fundo colligeretur concresceret, grumatim & non fluidus instar hostiæ nuper mactatæ prodiret. De utraque quæstione *vide Rod. à Castro lib. 2. cap. 11. de mulierum natura.*

Nos autem quidnam his de controversiis statuamus, si scire gestias B.L. habe: Quod magna ex parte per *uteri vaginam* evacuatio menstrua obtingat, & in ejusdem venis & arteriis ad purgationis tempus colligatur. In causa est numerosa & copiosa satis vasorum, tàm venosorum quàm arteriosorum utrinque per latera vaginæ pectiniformis insertio, quæ sangvinem certè copiosum pro cruenta hac messe spargere queunt. Omnes per dictam vaginam purgari asserit, *Severinus Pinaus opusc. physiol. & anatom. lib. 2. cap. 1. p. m. 103.* Et adfert proprias experientias duas, cum una *Columbi*, de tribus mulieribus mensium tempore suspensis, posteaq; resectis. Consentit *Plazzonus de part. generat. lib. 2. c. 15.* Cujus placitum firmat *Nobiliss. atq; Excell. Dn. D. Schenck. Schola part. human. corp. sect. 4. part. 2. c. 13. pag. 112. & seq.* ubi allegat *Plazzoni* rationes easque fusè explicat & pro firmis agnoscit, dum dicit: *Non possumus deserere hoc in passu Plazzonum &c.* Nec abludit *Magnif. Rolfinc. Ord. & meth. part. genital. per anatom. cognosc. part. 2. cap. 52. p. 211.* Et *ibid. cap. 28. p. 173.* ita dicit: *Muliebre Dre tributum an extradatur per os* (uteri) *internum, dubium,* Porrò *cap. 29. in fin.* inquit, *arterias per vaginam dispersas & ab hypotgastrica ortas, menstruum sanguinem excipere ex aortâ & dein reddere.*

CAPUT V
causas scrutatur.

CAUSARUM cognitionem in exploratione morborum magni conducere, tradit *Divinus Senex* in libro περὶ φυσῶν. *Si quis* inquit, *causas affectionis probè cognoverit facultatem habebit offerendi ea, quæ corpori conferunt, ex eorum, quæ morbo contraria sunt, cognitione.*

CAUSA IMMEDIATA, statuitur facultatis expultricis robur & retentricis imbecillitas. Hanc magna ex parte promovent.

CAUSÆ MEDIATÆ PROXIMIORES *internæ προηγȣμθ́ναι* seu prægressæ vulgò dictæ, quæ humorosæ præcipuè, licet vapores quoque ex parte concurrere queant. Inter has etiam ut præcipua reducitur, *extremitatum vasorum* quæ ad uterum & ejusdem cervicem pertingunt *apertio, à Galeno in comment. ad 5. Aph. 57. Hipp.* ubi dicit: *Potest itaque, & vasorum ad uterum pertingentium osculis nimium patentibus, & tenuiore aut calidiore sanguine, & toto corpore per aliquam* CACHEXIAM i.e. *pravam corporis habitudinem sanguine gravato* (etsi nondum is convenientem naturæ συμμετρίαν superet) *atque propterea in uteri venas protrudente, fieri immodica mensium evacuatio.* Dilatatio autem seu apertio vasorum fieri potest omnibus tribus modis: aut per *ἀναςόμωσιν osculorum vasorum apertionem*, aut διαπήδησιν *nimiam vasorum attenuationem*, ut sanguis transsudare possit: aut per *διαίρεσιν, ruptionem*, erosionem.

Ut *mediata* quoque se exhibent humores ⊖si, ⊕cei invicem mixti ac juncti, prout præcipitati aut fermentati, acres nimisque fortes evadunt, & ad ἀκμὴν deventi ebulliunt, effervescunt, & hoc modo sangvinem attenuant; quô ad uterum propulsô, vasa is aperit & cum impetu effluit. Exempla videmus in ∽u C. C. & ⊕i, qui adinvicem maritati vitra frangunt, juncti hoc modo ∽ ⊕i & ∽ ⊕. ▽is naturam induunt, item alii spiritus ⊖ini & acidi connubio juncti extemplò sine △e effervescunt. Quis itaque dubitabit, si ejusmodi humores in sangvinis massa contenti, mediante circulatione de die in diem exaltati sint, quin ad cruentum hocce bellum classicum canant.

MEDIATAS REMOTIORES CAUSAS constituunt RES SUPRANATURALES, quæ sunt vel ipse Deus, humana delicta variis morbis justissimè plectens; vel Spiritus nequam, Summi Numinis permissu, in peccatis perseverantes homines, vel mediatè, vel immediatè variis afflictionibus tentans; quorum exempla in S. S. passim occurrunt, in *Jobo* præsertim & aliis. Item *Syracides*

racides cap.38.v.15. ait: Quod propter peccata homines Medici ope uti cogantur.

RES NATURALES è quorum prosapia primùm sese offert *Temperamentum*, cujus *Excellent. Moeb. in instit. 4.* species accusat. 1. Sangvineum simplex. 2. Sangvineo-Cholericum. 3. Sanguineo-Melancholicum & 4. Cholericum solùm. Ita sanguineum, plethoricæ constitutionis ferax, vasa implere & rumpere non nequit. Melancholicum humores acres & ⊖sos habet conjunctos. *Cholera sanguinem exacuit & subtiliat, orificia Vasorum aperit, propter mordicationem*, ait: *Leonell. pract. medicinal. de matrical. affect. cap. 2.* Magna quoque interdum imaginationis vis est.

Juvenilis ætas atque *media*, hujus uteri tempestatis proma conda observatur.

Ex NON NATURALIUM RERUM classe primus offendit *Aër* caliditate excedens, qui sangvinem rarefacit & ad motum invitat: Frigidus quoquè pro hac messe tristis eventus, lolium pro semente spargit. *Æstas* imprimis inter anni tempora, aëris sui calidi afflatu utero dicam scribere potest: *Ver* non immunis est juxta *3. aphor. 20.* Qui *Astrologiæ* se manciparunt, ☽nam infaustis ♂tis radiis læsam, ad hunc affectum disponere dicunt.

Cibi εὐπεπτοι, calidi, nimis aromatisati Croco, ZZ. pipere, cinamamo &c. Uteri cives ad hanc discordiam ducunt miseros. *Potus* item vini generosi, Hispanici &c. Sic etiam novercatur cerevisia lupulo intensiùs condita, aut alio modo ingredientibus calidis præparata, *Medicamenta ἐμμηναγωγα*, purgantia fortiora ut aloë, colocynthis, elleborus uterque ὑπερκάθαρσιν sanguineam excitare posse, *montes feri sylvaque loquuntur:* Alia acria & intensè calida, per superius vel uteri os assumta, ut pessaria acriora diutius retenta, in hanc miseriam conjiciunt hominem.

Somnus & Vigiliæ in defectu vel excessu peccantes corpus calefaciunt, humoresque vitiosos cumulant.

Motus & *Quies* itidem excedentes: e. g. cursus, mora in ☉le diuturnior, clamor, gestatio oneris gravioris, saltatio nimia, molestum iter, ad choream hancce miseram, injussa canunt.

Inanitiones humorum conſvetæ ſuppreſſæ ſi tandem largiter erumpant, vaſa haud rarò disrumpunt. Item alvi durities connexionis jure, uteri collum ſepiculè ad excretionem monet. *Balnea* ▽rum ⊖ſarum ſpecificè culpantur.

Animi παθήματα præprimis ira, ſuum addunt. ♀ *immoderata* morborum illex, haud rarò ſtrenuè concurrit, atque huic inſultui fores pandere obſervatur, qui enim frequentius ad hunc ignem accedunt, facilè læduntur & *Fluoniam* ſeu *Menam* Veterum menſtruorum Deam exacerbabunt: Nam

Idem Amor exitium eſt pecori pecorisq; Magiſtro.

Item pudendi rima anguſtior, & amorum dominus grandior, non rarò triſtitiæ hujus cauſæ exiſtunt. Ita *Borell. cent. 4. obſ. 17.* ſanguinei coitus meminit.

Inter RES PRÆTERNATURALES cauſæ ſunt viſcerum pravæ diſpoſitiones; cordis, epatis intemperies, ſangvificationem ejusque depurationem lædere valentes. Item ventriculus debilis, lienis, meſenterii & pancreatis obſtructiones. Renum attractrix imminuta ſerum non ſeparans, quod in maſſa ſanguinea reſtagnans, non poteſt non pejus fieri, aliosque ſtimulare humores, ut quantitate, qualitate & motu fiant vitioſi, qui poſtmodum expultricem vel ſtimulant vel vaſorum ora aperiunt, vel transſudant, rumpunt vel erodunt, ut humores ⊖ſi, ⊕cei, bilioſi, acres &c. eorum naturam *Sennert. in lib. de Chim. cum Ariſtotel. & Galen. conſenſ. & diſſenſ. in patholog. cap. 16.* ſatis abundè explicat.

Uterus qui cap. anteced. modò per ἰδιοπάθειαν, modò per συμπάθειαν laborare dicitur, haud rarò auxiliatrices copias ad hanc cladem cruentam mittit, morboſumque aggregat apparatum, ſi nempe intemperie calida vel frigida vel humida afficitur, in illâ uterus concaleſcit, qui ſanguinem fluidum & tenuem ſicque ad eruptionem aptum, nec non expultricem fortem reddit: Et ſi jecoris intemperies calida concurrit, ob quam magna ſanguinis pars ad uterum per vaſa iliaca accedit, eò majus malum portendit. In hac vis retentrix adeò enervatur & languida efficitur, ut concreditum ſibi ſanguinem non poſſit retinere, & quaſi ſopita jaceat omnique auxilio viduata. In hoc tumultu non poteſt non

etiam

etiam vagina uteri hostiles ejusmodi insultus experiri atque persentiscere. Item si qualitates uteri secundæ malè se habent, & est vel nimis rarus, mollis, laxus aut levigatus, aut si asperitatem nimiam contraxit.

Vasorum vitia, de quibus suprà nonnihil dictum huc spectant, cùm ea nempe p.n. aperiuntur in anastomosi, rarefiunt in diapedesi, aut si per diæresin à causis quæ rumpunt, frangunt, contundunt ortum trahant. Ut casu ab alto: Accidit etiam ***exulceratio***, ab humoribus acribus ⊖linis & ☿reis, qui collum uteri exulcerant, quæ exulceratio Christoph. Wirsung/die Erschwärunge des Mutterhalses/dicitur. Ex nova *de le Boe Sylvii* opinione, à succo pancratico præter naturam constituto (seu acido) & ⊖le lixivo, inter se junctis & effervescentibus, corrosivaque potestate gaudentibus, læsio hæc nata. Quæ tamen sententia cum veterum collata ad idem tendit. Porrò accusantur *partus difficilis, abortus &c.* A sternutatione ex *Hildano* fluxum bimestrem ortum constat.

CAP. VI
differentias indagat.

QUi benè distinguit benè medicari atque prognosticare valet. Hinc ob ordinem plausibiliorem & consuetudinem, affectus nostri, αἱ διαφοραὶ, DIFFERENTIÆ veniunt enumerandæ, quas enarrabimus.

1. *Ratione* IDEÆ, quô respectu alia hæmorrhagia est ***exquisita***, quæ sanguinem purum, & *quantitate* solùm peccantem pro materia agnoscit; alia ***spuria*** seu ***notha***, quæ alios humores, præter illos quæ naturales sunt, secum ducit, quamvis sanguinis copia major manet.

2. SUBJECTI considerati, quod vel per *οἰκείαν διάθεσιν* *οὐσίαν essentiam dispositionis propriam* afficitur, seu proprii incommodi faber est, vel per *consensum*, ob *totius*, ut corporis cacochymici, plethorici &c. vel *partis*, ventriculi, cordis, jecoris &c. vitium.

 3. Ratione

3. Ratione VARIARUM CAUSARUM, quæ ex capite antecedenti patent, copiosæ petuntur differentiæ. Hæ prout peccant respectu *quantitatis* vel *vehementiæ & modi*, ubi alia major vel minor, benigna vel maligna, alia cõfertim, alia paulatim procedens, dein alia continua vel intermittens, demùm alia tardiùs alia citius absolvitur, variant.

CAPUT VII

Διάγνωσιν examinat.

DIAGNOSIS nosomatica, quæ est certa & cita affectum præter naturam, partem affectam & causam per signa inveniendi ratio, in affectu nostro non adeò est cognitu difficilis: Ex facili namq; innotescit ex relatione & confessione personæ laborãtis, quæ optimum diagnosticum exhibere potest, nisi cum proprio sui dispendio id præ verecundia aut aliis causis velit dissimulare.

Ita ratione GENERIS, si fluxus vel hæmorrhagia aliàs consvetum morem non modò quantitate & excernendi modo excellit, verùm etiam vires prosternit, difficulter toleratur, vitale emporium cor afficit, insignesque defectionum ac ferocium seditionum causas promit: Hujusmodi sunt lypothymia, pulsus imminutio, *ἀνορεξία inappetentia*, *ἀπεψία cruditas*, atrophia, cachexia, chlorosis, capitis dolor, vertigo, lumborum gravitas atq; æstus, lassitudo in genubus præsertim, tumor pedum mollis, & si quæ sunt alia, quæ alibilis succi immoderatum effluxum insequuntur, & à quibus duelli ansa pendet promptissima. Quæ omnia pro diversitate, principii, augmenti, status & declinationis, variare quoad magis & minus, possunt.

Ratione SUBJECTI: Ita an ex uteri fundo, an ejusdem collo profluat sanguis? eö agnoscitur: Si ex hoc, sangvis est rubicundior, fluidior, ex illo plerumq; nigrior & grumosior; uti à *Sennert. de nimio mensium fluxu* statuitur, quæ sententia, cum grano ⊖is accepta, à multis admittitur. Porrò sanguis cum impetu prosiliens ex arteriis est, sin minus & lentè, ex venis protuberare aut prorumpere eum asserendum videtur.

Quod

Quod Causarum διάγνωσιν attinet, ab externis vel internis antecedentibus & hæmorrhagiam consequentibus ea desumenda est, illa vide sis in *cap. 5. de caus.* Si ab anastomosi, causæ præcesserunt ora vasorum aperientes &c. Deinde, si per intervalla sine dolore sanguis confertim effluit: Si à diapedesi, sangvis serosus, dilutus, guttatim effluendo laciniam cruentat, qui facilè in linteis cognoscitur. Per diæresin vel solutionem unitatis, sanguis rivulosè cum dolore manat, causæ eandem excitantes prægressæ sunt, vel externæ vel internæ. Per diabrosin *erosionem*, primò fluxus parcior, deinde copiosior cum dolore, & si augetur ulcus, partis erosæ frustula prodeunt, causæ supra propositæ, humores Θsi, acres & alii se manifestant, ex perturbata viscerum œconomia. Accedit ad hoc diagnosticum satis probatum, si in gustu Θsedo, amaritudo vel alia qualitas percipiatur, ex quibus haud ita difficulter humoris prædominantis naturam hariolari licet, Si à plethora vel cacochymia fluxus, non omninò suis destituitur σημείοις, quæ Medicus Ιατρ. in judicio propinquo habebit.

Caput VIII

Θεωρίαν προγνώσεως meditatione claudit.

Προγνωστικὸν σημεῖον, autore *Galen. in definit. med.* ἐστὶν ἐξ οὗ γινώσκεται τὸ μέλλον. *Prognostitum signum est, ex quo futurum prægnoscitur.* Hinc inquit *Cous 6. epidem. sect. 6. Pulchrum & ex medici dignitate fuerit, mortem ipsam aut vehementes dolores prædicere.* Quanta autem authoritas & confidentia, naturæ consulto accedat, si prognosis ipsi feliciter succedat, notum est quam quod notissimum; Hâc porrò irradiatus luce Apollineus mysta, certior fieri potest, an remedia applicare operæ pretium, an incurabilis æger prognosi relinquendus, ne præsidia infamentur, & Medicus ægrum occidisse videatur. Insuper nihil superbè debemus promittere, sed ad DEI potentiam & naturæ obedientiam artis opera referre, uti *Wecker. pract. med. general.* in aphorismis optimè monet.

Nostra autem PROGNOSIS occupatur;(1.) circa signa salutis & mortis (2.) longitudinis & brevitatis (3.) modum morbi exitus.

I. Salutis & mortis respectu, hic cautione opus est, sæpè enim latens morbus & vires suas occultans, insidias struit vitæ, nusquam tuta fides, semper adversa metuenda, etiamsi bonæ spes appareant, ut notat *Experientiss. Rolf. Patronus ac Doctor meus, maximè colendus, Ord. & meth.med.special.commentat. ὡς ἐν γένει. lib.3. sect. 2. cap.5.* Non tamen semper & absolutè lethalis affectus noster, tametsi plures morbi exinde, juxta *5.aph.57.* proveniant, quia satis multa occurrunt præsidia, quæ eum coërcere queunt. Si à diapedesi calamitas oritur, curatu non adeò est difficilis, anastomosis paulò periculosior censetur, diæresis satis periculosum affectum & loculo vicinum notat: diabrosis seu erosio omnium periculosissima est, quia in hac fit substantiæ depravatio, quæ partium istarum novum coalitum interdicit. Adfectæ partis ratione; magis periculosa fluxio quæ per essentiam, quã per consensum, majus periculum notat uteri fundus, quam ejus vagina affecta. Prout etiam causæ & accidentia variant, tutior vel periculosior evadit hæmorrhagia. Juxta *5. aph. 4. & 56. & 9. sect. 7.*

II. Longitudinis & Brevitatis ratione: Si citò movetur affectus & brevi tempore multum sangvinis profunditur, & ingentia symptomata urgent, indiesque augetur, brevior ad interitum, quam qui per intervalla invadit. Si vitalis facultas non adeò consenuit, neque senectus urget aut nimius fluxus, melius.

III. Quoad modum eventus, sæpissimè morte terminatur, si prædicta symptomata superveniant, ut convulsiones, syncope, lypothymia, deliria &c. Si autem illa se non ostendant, & vires adhuc aliquo modo constent, mutationesque se offerant, in quibus morbus naturæ palmam cedere videtur, salutaris pronunciandus eventus, naturamque ad genium redituram, sperandum.

CAPUT

CAPUT IX

θεράπειαν aggreditur.

QUoniam autem θεωρίας spatiosa perlustratione, locus & ejus partium constitutiones, in quibus devastator agri sationis humanæ nefaria cubilia posuit, examinata: omissis aliorum mœandris, rectà ad CURATIONIS armamentarium accessum facimus, & arma, quibus commodè antagonistæ illius vires infringi poterunt, asportamus.

Ne verò sine METHODO procedamus, & citò, jucundè, tutò præprimis rem absolvamus., INDICATIONES, *curatoria, præservatoria & vitalis*, quæ morbum, causas & vires respiciunt, examinandæ.

CURATORIA, indicat fluxum si non criticus, aut à plethora esse sistendum, vasa aperta claudenda, (non autem subitò astringendum, sed partim revulsione, partim astrictione lenta, & obsequiosa magis quam imperatoria) rupta unienda, rarefacta condensanda, erosa mundanda, & sarcoticis quod absumptum instaurandum. Curationem brevibus inculcat *Divinus Senex 6. de morb. vulgar. sect. 7. Sangvinem è venis profluentem sistunt, animi deliquium, figura aliorsum tendens, venæ interceptio, linamentum contortum, appositio, deligatio.* Et *Galenus 5. meth. med. 5. & seq.* fluxus curationem in genere docet.

PRÆSERVATORIA de *causarum* ablatione, & incrementi morbi prohibitione sollicita. Juxta hanc in plethora evacuatio sanguinis indicatur. In cacochymia & aliis vitiosis humoribus purgantia, alterantia; In intemperie partium mittentium, & recipientium locum obtinent alterantia ac corrigentia; Flatus si adsunt carminativa administranda, & si quæ sunt alia suis contrariis tollenda.

VITALIS, vires respiciens, virtutem valde debilem, non modo roborare, sed & augere expetit, quod medicamentis alterantibus, analepticis & confortantibus peragitur; alimentorum quantitas exhibeatur, juxta normam *1. aph. 14. & 15.*

Hacce indicationum notitia instructus Medicus, instrumenta quibus hostem oppugnare queat aggrediatur, & ex armamentario

tario

tario *chirurgico, pharmaceutico & diætetico* in ſcenam producat: De ſingulis ſeorſim.

CAPUT X
chirurgica præſidia exhibet.

MEdicus chirurgiæ imperitus proprii nominis inſcitiam prodit, generoſa namque materierum præſidia, quæ neque medicamenta neque alimenta edere queunt, ex ipſa peti, non nemini notum, ab illa quoque nobiliſſimam noſtram artem primordia ſumpſiſſe, *Plato* notum fecit.

Inter præſidia itaque CHIRURGICA communis plurium medicorum in hoc affectu medela eſt φλεβοτομία, ſeu V.S. Hæc, ſi aliquo modo adhuc ferunt vires non omittenda, licet in Romana militia olim infamis, & loco pœnæ, quoties gravius quid delinquerent milites, ſangvis ipſis mittebatur. Nunc tamen in magno habetur pretio, quod etiam ex *Hollerio, River. pract. lib. 15. c. 3.* notat, illum propriis cōſpexiſſe oculis multas mulieres, quæ nullis remediis niſi V.S. à fluxus mēſtrui pertinacia liberari potuerint.

Locum venas brachii eſſe prudentioribus notum. Hoc ſiquidem modo, alia quaſi via naturæ monſtratur, eaque ut ab invio illo ductu deſiſtat, admonetur. Licet *Wallæus meth. med. pag. 98.* contrariū nobis offerat, dum dicit; *menſtruus fluxus faciliùs ſiſtitur inciſione venarum pedis, quam brachii.* Item *quandocunque pars affecta ſupra regionem cordis, ſecare convenit venam ſuperiorem; ſin verò locus affectus infra cor ſit, aperiatur vena inferior.* Nos tamen cum pluribus ſolidæ eruditionis viris antiquis & recentioribus venæ in brachio inciſionem retinemus, quæ revulſionis gratiâ haud inconvenienter aperiri poteſt.

Tempus convenientiſſimum eligere convenit, illud optumum, ubi adhuc vires conſtant, & pertinacia fluxus non urget. *Quantitas* ex abundantia humorum ac virium vigore ponderanda; Si multum ſangvinis emittere neceſſum, partitis vicibus in efficere tutiùs.

Conducunt etiam ad corporis pacem frictiones, ligaturæ, revulſionis & interruptionis ergò. Ita *de cucurbitulis artis antiſtes 50. aph. lib. 5.* ait; *mulieri ſi placet menſtrua ſiſtere, cucurbitam quam maximam*

maximam ad mammas appone, Galenus in Comment. addit, *melius fuerit infra ipsas cucurbitam firmare.* Huic sententiæ subscribit *Arabs Avicen. 1. Fen. 1. p. m. 9.* Hepatis & lienis regioni apponendas ex *Hartmanni, in prax. chimiatr. p. m. 288.* calculo habemus.

Scarificatio in dorso & scapulis, item *hirudines* quæ sangvinem ex venis & arteriis simul evacuant, gratiosa sua ancillitia masculè quoque præstant. De *ligaturis* pluribus agit *Sennertus* vir de republicâ medicâ summè meritus *pract. 4. part. 2 sect. 2. c. 6. & in quæst. ibid.* vide etiam *Magn. Rolf.* loco sæpius allegato *pag. 397.* ubi dicit : *Ligaturæ fortes tàm in brachiis, quàm in fœmoribus, conveniunt.* Sic etiam sangvis immobilis redditur, velut in æquilibrio positus, propter æqualem attractionem ad utraque extrema &c. plura de his, seq. ejus verba notant.

Hirudines hæmorrhoidibus appositas boni eventus spem alere, *Roderic. à Castro* putat, ut nimirùm altero excitato fluxu prior subsistat, quæ autem sententia an jugulum petat, & sinistri successus periculo defuncta, meritò dubitamus, itaque;

—— *Pallas quas condidit arces*
—— *ipsa colat.*

CAPUT XI
è pharmaceutico fonte præsidia haurit.

PHARMACIA pro diversis causarum ac circumstantiarum generibus, diversa nobis exhibet medicamina, quæ inter alia vitiosorum humorum saburram præparant & alterant, alia præparatos humores, ex læsis in corpore locis eliminant, alia partibus confortandis & viribus prostratis instaurandis ancillantur.

Ex illorum prosapia, præmissis *lenitivis*, quæ veteribus *benedicta* quoque audiunt, primum merentur locum *cathartica* sive ἄνω sive κάτω materiam peccantem evacuare quis velit, præcipuè si per consensum malum ortum. Ad hæc *corroborantia* quæ vires respiciunt & alia quæ specificâ vi fluxum coërcent, tàm externa quàm interna, propinanda veniunt ; Et si malum valdè urget, *narcotica* quoq; anchoram sacram suppeditabunt, quæ sicuti alios fluxus, parili modo hocce profluvium sistunt.

Respiciendum etiam haud rarenter ad ea, quæ non solùm

humorum acrimoniã attemperant, quorum pravis qualitatibus cruenta clades ortum debet; Verumetiam quæ partem affectam simul tangunt & roborant, ut injurias adventantes aliquô modô eludere valeant. Ex horum genere sunt *cassia, manna, tamarindi, myrobalani citrini. Sirup. ros. solutiv.* si humor peccans non ædeò sit fervidus, *violarum salutiv.* si humor fervidior, *hepaticum rubr. Dresdens. electuar. è succo ros. cryst all.* ♀i ⊕ *laxativ. cryst all.* ⊕i, ⊕ ⊕ *lat. Mynsicht. &c.*

Inservire possunt sequentia

℞. *fol. Senæ Alex. ss.* ℥iij.
ros. rubr. p. iij.
mann. calabr. ℥ß.
sum. spicæ p. ij.
Sem. anis. fœn. ã. ʒj.
rad. 5. aper. ℥ß.
Concis. contus. g. m. affunde vin. rubr. ad eminent. 4. digit. stent. per ☉ *in digest. colatura D. in fictili* S. Lindertranck auff etlich mahl.

℞. *Herb.* ☿*rial. parietar. malv. ã m. j. Rad. polypod. bryon. mechoacan. alb. ã* ʒij. *flor. hyperic. meliloth. ã p. iij. sem. urtic.* ʒij. *quat. carmin. a.* ʒiß.

℞. *Hepatici rubr. Dresdens.*
mag. ocul. ♋. *g. XV.*
dividatur in 2. part.
D. S. Lindpülverlein auff 2. mahl.

℞. *Sir. ros. solut.* ℥jß. *de cichor. c. rhab.* ʒv. *polypod.* ʒiiß
D. S. LaxirSafft auff 2. mahl.

caric. ping. prun. a. par. IV.
Coque in s. q. ▽. *s. colatura* ℥X. *adde cassiæ pro Clyster. mellis rosat. ã* ℥ß. *elect. bened. laxat.* ʒvj. ℅ *ros. chamom. ã.* ʒj. ⊖ ⊕i ʒß. *vitel. ovor. n. 1. F. Enema, applicetur tepidè.*

Si materia in primis viis hæreat, proficuæ etiam erunt purgationes *ἄνω* seu *per vomitum*, quæ non modò evacuant, sed etiam potenter revellunt. Usum illarum inculcat *venerandus Cous 2. de mulier. morb.* & *River. pract. lib. 15. cap. 3.* Vomitum excitant, *crocus metall.* ♀ *emet. Mynsicht, oxysach. emet. ejusd.* ▽ *bened. Ruland. coagul. asari,* ⚹ ♉ij, *gummigotta,* ⊕ *alb. &c.*

℞. *Rosæ vitæ mineral. Rolfinc.*
Magist. gummigut. ã gr. iij.
⊕*i alb. gr. V.* ℅ *nucist gt. ij.*
extract. Scorzoner. ℈j *F. l. a. Pilul. XVI.* S. Brechpillen uff 2. mahl.

℞. ☿ *vit. gr. iij.* ⊖ ⊕*i gr. ij*
menthæ
absyntii ã g. v.
M. S. Brech-Saltz.

℞. ▽ bened. Ruland. ʒV
raphani
Sirup. acetos. citr. ā ℥ß
M. f. Potio. S. Brechtränckl.

℞. XX. ♁ij hyacinthni gr. v.
infunde in seri lact. ℥ij

stent. per ♀ in loco tepido
manè bulliant parùm, colatur.
adde sirup. de scorzoner. ℥ß.
D. S. Brechträncklein auff
1. mahl.

Si *cacochymia* urget humores *præparandi* sunt, ut commodius educi queant. v.g. si materia biliosa & acris

℞. Crystall. ♀i ℈i. ♀ ⊕ lat. gr. vj.
⊖ centaur. min. gr. iij. M. f.
pulvis
S. Digestiv. uff ijmahl.

℞. ▽ endiv. portulac. plantag. ā ℥j
sirup. nymphææ, endiviæ ā ʒvj
∽ 🜔 per campan. ℈ß
M. S. Digestiv. uff 1 mahl.

Hisce præmissis *Cathartica* propinanda, si παθήματος vehementia non contradicat. Cujusmodi sunt

℞. Pulv. laxativ. vegetab. ℈j.
diagryd. rosat. g. V.
☍ citr. g. iij.
cum sir. de cinam. f. l. a. pil. XXV.
S. Purgier Pillen auff
1 mahl.

D. S. PurgierPülverlein auff
1 mahl.

℞. Scammon. 🜔 rat. gr. XV.
resin. gialap. gr. V.
elaosach. fœnic. gr. ij.
S. ut supra.

℞. M. panchymag. ℈ß.
res. gial. g. vj.
extr. rhab. g. v.

℞. Sir. de cichor. c. rhab. ℥ß.
extr. fol. sen. g. viij.
essent. gialap. ʒiß.
aq. polypod.
citr. a. ℥j.
aleos. fœnic. gr. VI.
M. f. potio D. S. Träncklein
auff 1 mahl zunehmen.

Spaciosa purgantium serie perlustata, ad *Diaphoretica & Diuretica*, quæ extra paroxysmum adhibenda, si adfectus inducias pangit, devolvimur.

℞. ∽ theriacal. s. ʒß. ♁ diaphoret. gr. iij.
▽ sambuc ℥ij sirup. viol. ʒij.
M. D. S. Schwitzträncklein.

℞. Tinct ♁ij ʒß [illegible] rh. g. Xij.
S. Sch[illegible] auff 1 mahl.

℞. Cinabaris ♁ gr. iiij.
magist. C. C.
ocul. ♋ ā gr. viij.
S. Schwitz Pulver.

℞. *Cryſtall. mineral.* ℥ß, *ſolve in* ▽ *petroſelin, juniperni. ā* ℥iß. *adde ſirup. hadere* ▽ *eſtr.* ℥ß. *M.* S. Harntreibender Tranck auff etlich mahl.

℞. *Extract. Saxifrag.* ℥ß. *alkekengi* ℈ij. *Spec. diacalamenth.* ℈j. *M.* S. Treib Tränckleín.

℞. *M. pil. de therebinth.* ℥ß. *cum ſir. de aquileg. q. ſ. f. l. a. pilul. magn. piſi dimidii.* D. S. Treibpillen auff etlich mahl.

De his *diureticis* monemus, ne adhibeantur ipſo tempore fluxus, cum ſit metus irritationis facultatis expultricis, ſed extra paroxyſmum concedenda, ad ſaburram vitioſam è renibus & ac confinibus locis vacuandam.

Reſtant ALTERANTIA & *roborantia*, tàm præſervatoriè quàm curatorie exhibenda, illa viſcerum intemperiem corrigunt, & œconomiam atque pacem eorum conſervant, ſangvinis efferveſcentiam compeſcunt, nimis fluxilem incraſſant, figunt, vaſa obſtruunt & confortant. Ita jamjam dicta efficiunt, *ſirup. de portulac. mucilag. ſem. cydon. in* ▽ *roſ. vel. plantag. ſolut. ſir. papar. rhead. de roſis ſiccis, acetos. ſuccum acaciæ, hypociſt, plantag. burs. paſt.* magni facit, *Magnif. Michael in annotat. ad Schröd.*

Riverius in prax. ex Galen. ſuccum plantaginis maximè commendat, ſi ad ℥iij & ultra recenter propinetur, additâ, colophoniâ. Infallibile remedium eſſe dicunt, majorisq; efficaciæ deprædicant ſuccum urticæ, de quo vid. c. *River. obſ.* & *Borell. in obſ.*

Commendantur inſuper, *Bolus armena, lap. hæmatit, C. C. uſt. trochiſve de Carabe, teſt. ovorū ex quibus pulli excluſi, crocus* ♂ *aſtr. magiſt. corall. & multa alia ſimpl. & cōp.* de quib. plura in formulis.

℞. *rad. biſtort.*
torment. ā. ℥j.
ciner. teſt. ovor. ℈ij.
usnea cran. hum. ℈j.
corall. rubr.
ſuccin. alb.
▽ *ſig. rubr. ſtrig. ā. g. XV.*
croc. ♂ *is adſtr.* ℥ß.
oleoſ. acor. g. XV.
aniſ. g. Xij.
M. f. pulv. in ſcatula
S. Anhalt Pulver/ *doſis.* ℈j.

Ex *Geſnero* Avus meus p. d. ſupra *pag. 5. citatus ſeq.* adducit.

℞. *Succini alb. ſang. Dracon. lap. hæmatit. corall. rubr. ſem. portulac. ā* ℥j. *balauſt.* ℈ij, *boli Armen.* ℥ij. *M. f. pulv. pro doſi à* ℥iß *ad* ℥ij. *in* ▽ *plataginis exhibendus.*

℞. *Conſerv.*

℞. *Conserv. symph. balaust. rosar. antiq. ā ℈ij. theriac. Andromach.* ℈ß. *pulv. stipt. Croll. gr. vij. c. sir. cydon. f.* Boli *No. ij.*

℞. *Conserv. rosar. alb.* ⊕*ta symphiti maj. ā* ℥ß. *lap. hamatit.* ʒj. *croc.* ♂ *astring,* ℈j. *rad. bistort. pulveris. magist.* ▽ *sigillat. ā* ʒß *fiat e. s. q. sirup. de agresta & granaton. c. pauca q.* ~ ♀ *campanat. Electuar.* S. Stopff-Lattwerge.

℞. ▽ *burs. pastor. fol. querc. ā* ℥iij. *succi urtic. depurat.* ℥ß. *sirup. rosar. alb. fl. epatic. granatorum ā* ʒv. *tinctur.* ♂ *astring. g. XII. corall.* ʒß. *f. Juleb.* S. Stärck und anhaltender Juleb.

Hæc variari queunt, prout varietas temporum morbi & constitutio partium laborantium variant, sæpe enim extra tempus fluxus necessum, adstringentibus parcè uti, & alia alterantia & confortantia svadere. Si fluxus ita contumax fit, ut ad validiora sistentia, Annodyna utpote & narcotica confugiendum, sequentia expectationi satisfacere possunt, cùm prudētia adhibita.

℞. *mag. anod. Rolfinc g. iv. pulv. C.C. phil. gr. vj.*
D. S. Nachtpülverlein.

℞. *Conserv. flor. nymphaæ.* ʒi. *electuar. laudani (à Croll. in Basil. chim. p. m. 233. descripti)* ℈i. *M f. e. s. q. sirup. papar. alb. Bolus* S. Bissen gegen die Nacht.

Plures ac variæ formulæ prout ægra eas appetit, ex tempore fieri queunt à Medico præsente, hic brevitatis E. omittendæ: Inter *roborantia Magnif. Rolf. in med. spec. commentat. p. 843.* præscribit pulv. qui profuit prægnanti, cui septimo mense fluxere menses, hoc modo.

℞. *Spec. diamargarit. frig. de hyacinth. ā* ʒi. *corall. pp. Smaragd. pp. C.C. ust. pp. ā* ℈ß. *Sacchari alb. ad P. O.*
D. S. Stärck Pulver uff 1 mahl.

Dn. Graba in ἘλαΦογραΦία *p. m. 156.* maximè commendat. C.C. ustum. ac in tenuiss. scobem redact. *Dn. D. Petri* ad uteri ulcera impuritatem & vasa rupta extollit, card. bened. *in tractat de Carduo sanct.* Aquam panis, ꝏ è bacc. junip. ♌lat, Extract. *corall. Ernest.* laudat *apud Hartman. in praxi.* Hic quoque cum

Crollio

Crollio & *Schrödero* commendant ipsius patientis sangvinem profluentem ad gr. vel gt. aliquot.

EXTERNORUM vis magna; Externè adhibendum jubet *Hartmannus* l. c. cingulum ex foliis recentibus ellebori veri, qui mirabilia & singularia præstet.

℞. *Unguent. Stiptici Mynsicht.* ℥j,
S. Sälblein üm die Schooß.

Plura confieri possunt ex *unguent. infrigid. Galen. Comitiss.* ⚬⚬ *ros. nucist.* *Qlat.* &c. Emplastra stiptica hepatis & pubis regioni applicata maximè quoque prosunt. *Clysteres* uterini adstringentes & *pessi* non possunt etiam, non prodesse, pessi formulam vide apud *Mynsicht, sect. 30. p. m. 422.* Quæ per syphonem in uteri vaginam injiciuntur, citius effectum dant, eorum vires extollit *Christoph.* Wirsung/ possunt autem esse succus plantaginis, è stercore asinino, aliaque adstringentia.

Vapores ex decoct. s. astringent. per sellam perforatam, uteri ostio excepti, Balnea & insessus consimilium medicamentorum non carent fructu. Ita

℞. *Fol. querc. sanguisorb. plantag. potentil. bursæ pastor.* ā *m. j. Flor. nymphææ balaust.* ā ℥iß. *rad. bistortæ, tormentill.* ā ℥iij. *Coque pro Balneo.*

Roborationi viscerum pluribus maximè incumbendum est cordialibus, & uterinis, illa *Dn. D. Febr. tract. de Scorzonera* & aliorum scripta suppeditabunt, hæc passim apud authores reperiuntur, quæ instuti ratio huc apponere non permittit, quia etiam paucula de diæta annectenda. Plura qui de affectus nostri curatione desiderat, evolvat. *Clariss. Sennerti lib. 4. Riverii Prax. lib. 15. cap. 3. Roderic. à Cast. lib. 1. de morb. mulier. cap. 5. Magnif. Rolf. Med. commentator. lib. 9. sect. 6. cap. 8. Ejusd. Consil. lib. 4. Consil. 1. Hartman. prax. Chimiatr. p. m. 288. & seqq.* Item autores copiosos qui in tomis tribus Gynæciorum *à Casparo Wolffio medico Tigurino Aō. 1564.* congestis reperiuntur.

CAPUT XII.

cum diæta dissertationi filum abrumpit.

UT tandem felicem ad portum deveniamus VICTUS RATIO corre-

correſpondeat, ſine cujus ope medicamentorum noſtrorum ſuppellex devenuſtaretur omnis. Nam notante *Galen. lib. 12. de curād. ration.* qui victus rationem ſervare nequit, ei medicamenta præſcribere ſupervacaneum eſt: Multa fercula multos morbos ferentia accuſant *ſapientiſſ. Syracides cap. 38. circa princip.* & *Seneca in epiſtolis.* Qui etiam diætæ rationem non ſervant, in illos quadrat πολυτρίπτων illud:

Sie eſſen und trincken/ was ihnen ſchmeckt/ und wenn ſie wollen/ und leiden hernach auch nicht unbillich was ſie ſollen. Hæc ut avertamus, & Hippocratico monito *in fin. 1. aph. 1.* nos conformes præbeamus, resq; externas aſſumptas examinemus, allaborandum.

Expedit autem illud DIÆTA triplex, *naturalis, animalis & vitalis.*

Ex NATURALI progrediuntur *cibus* & *potus*, ille ſit paucus, quamvis vires lapſæ, ne tàm magna ſangvinis copia generetur, carnes ſint aſſæ magis quàm elixæ, ex avibus laudatur turtur, vid. *Schröd. lib. 5. p. m. 324.* Gelatinæ ex animalium extremitatibus, pedibus nimirum &c. item quæ ſangvinem minus fluxilem & calidum reddunt commodantur, ita pulmenta ex amylo, oryza, milio, panico &c. Pyra cocta & aſſa, pruna ſylveſtria, cydonia, meſpila, admittenda. Piſces conveniunt ſaxatiles, ut lupi & ejusmodi. In quibus omnibus tamen mediocritas ſervanda. *Potus* ſit cereviſia defecata in qua panis toſti portio cum nuce moſchata confricta, macerata ſit. ▽ chalybeata, hordei. Vinum rubrum aſtringens, admitti poterit non aliud.

VITALEM diætam quoad, *Aër* ſit purus temperatus, non nimis frigidus, calidus aut humidus, ſi non per ſe bonus, arte herbis & frondibus in pavimento ſtratis, conciliandus.

Animi pathemata, iram, triſtitiam, gaudium immoderatum, ut angves fugiat. Commendat terrorem *Magnif. Rolf. in med. comentat. p. 1024.* qui matronæ bimeſtri ſpatio ſangvinis fluxu labanti profuit.

ANIMALIS diæta his in ſubſidium veniat, *ſomnus & vigiliæ* ſint moderata, *motus* nimius damnatur, ♀is *uſus* ſuſpendatur, *alvus* ſuo officio ſatisfacit.

Summa omnia in æquilibrio ſervanda,& mediô tutiſſimus ibis.

Atque hiſce,à quo initium ſumpſimus immortali Deo, perennes canimus gratias,pro divinâ quæ in ſtudiis hactenus nos aſpiravit aurâ,utque porrò Sp.ſui Sancti afflatu nos gubernet,ſupplices veneramur. Lector autem benivolus paucula, quæ in magna temporis penuria, quia mens aliorſum tendebat, veloci calamo horis vacivis luci publicæ expoſita,candido pectore accipiat.De bonis optima ſpero,malorum invidiam minimè curo.

Contigit mihi trachmula:
Dator ſupreme fac Tibi
Sit illa drachma fœnori!

Praeximio ac Præſtantiſſimo

WURSTSCHMIDIO

Apollineam aſcendenti cathedram,
de
egregiis arte in medicâ progreſſibus gratulatur
FELICITER!
acclamans
GUERNERUS ROLFINCIUS,
Phil.& Med. D. Prof. Publ.
Academiæ Senior.

WURSTSCHMIDI medicæ dum te committis arenæ,
reſponſa publicêque das,
Phœbus cum Muſis gratatur,præmia ſpondens opima, LAURUM DELPHICAM.

Dum

Dum cathedram ſcandis, nimii cauſasque diſerto,
fluxus fœminei ſangvinis, ore probas:
Gratulor ingenii læti tentamina læta,
quæ, modò ſi perges, præmia certa manent.

Laudabiles conatus Præſtantiſſimi
Dn. Wurſtſchmidii commendat

PRÆSES.

NEc muliebre genus gravioribus hoſtibus orbum
corporis & animi, quos repuliſſe juvat.
Hos alii pellant, & iis medicamina quærant:
illis antidotum quærere, cura TIBI.
Gratulor: ut ſexus, faxit DEus almus, uterque
ſentiat ingenium fœmina virque tuum.

benevolentiæ teſſera
à
Johanne Rikemanno, Lüneb.
Med. D.

Clariſſimo
DN. JOH. OTTONI Wurſtſchmidt/
Medic. Cultori Eximio
Fautori & Amico dilecto
S. P. D
Johann. Chriſtoph Hundeshagen/
Prof. Publ. Ordin.

TE doctum eſſe probas ſic pergere pergito AMICE
Quò fias charæ dulce decus Patriæ.

Grande

GRande decus certè eſt herbarum noſſe latentes
Vires, & rerum cognitione frui.
Grandius eſt autem medicas, ubi tempora poſcunt,
Poſſe adhibere manus, pellere poſſe malum.
Quantum hoc quantum illo valeas, *dilecte*, docebis.
Nec Te collatæ tædeat hîc operæ.
Perge tuis cæptis, *Chari* & veſtigia *patris*
Attere, quo videat gaudia quæque *domus*.
Sic deſiderium toleremus AVIQUE PATRISQUE
Seque minus viduam MATER habere poteſt.

Fratrem dilectiſſimum Avitarum & paternarum virtutum æmulum & verum hæredem ſic alloquebatur.

Joh. Chriſtianus Wurſtſchmidt/
J. U. C.

FINIS.